poteſt homo abſcondere ignem ⁊ in ſi-
nu ſuo. vt non comburatur veſtimen-
tum eius

Dominica quarta

Aſcendente iheſu in nauicu-
lam. Crux criſti dicitur naui-
la ſiue penitētia Quia cito ad por-
tum ducit ſicut patet in latrone. Cui
dixit dominus Lucas hodie mecum
eris in paradiſo Petrus vnus dies
aput dominum quaſi ſi ſint mille āni
Poſtq̄ ad portum duxerit hominem le-
tum reddit Job Poſt tempeſtatem trā-
quillam facit Prouerbiorum Malum
eſt dicere omnis emptor. ſed cum receſ-
ſerit tunc gloriatur

hanc nauim aſcendit dominus vt
nos ad alta traheret Johannis Ego ſi
exaltatus fuero oīa traham. ad meipſuȝ

Ut ibi delicioſos confunderet
Bernardus Uiſa criſti paſſione quis
tam delicioſus qui non abſtineat.
Quis tam iracundus qui non condo/
net Quis tam malicioſꝰ qui non con
doleat Ut omnis populus eum cer
neret
In Trenis O vos omnes qui tran
ſitis per viam adtendite ⁊ videte ſi eſt
dolor ſicut dolor meus Ut nos errā
tes dirigeret Iſaias Expandi manus
meas tota die
¶ Sequitur Secuti ſunt criſtum veloci
ter Mathei Uenite poſt me faciam
vos piſcatores hominum id eſt predi/
catores hominum .
In ſeperabiliter Apoſtolus ad Roma
Quis nos ſeperabit a caritate criſti
Conſtanter Iuxta illud Eccleſiaſticus

Fili accedens ad ſeruitutem dei. ſta in
timore ⁊ prepara.a.t.a temp.
Letanter Actuum Ibant gaudentes
Apoſtolī inſpectu conſilij
Sequitur eum ſcilicet Non mun
dum qui deficit Apoſtolus Qui ſemi
nat de carne de carne metet corruptio
nem Johannes Tranſit mundus et
concupiſcentia eius Sapientie
Tranſierunt omnia velut vmbra
Non carnem que inficit Apoſtolus
Qui ſeminat in carne.vt ſupra
Non dyabolum qui interficit Petrus
aduerſarius veſter dyabolus circuit
querens quem deuoret
Et eſt notandum quod per terram no
lunt dominum ſequi
Sed per mare in nauiculaȝ .i.per ama
ritudiné penitentie ſicut ſoli diſcipuli

Unde dicitur Secuti sūt eū diſci .eius

¶ Dominica. lxx.

Quid hic ſtatis tota die ocⁱ. Hic ſci
licet in loco periculoſo Ezechiel
Fili hominis ſubuerſōres tecum ſunt .
⁊ cuȝ ſcorpionibus habitas Tranſitorio
Johannis Tranſit mundus ⁊ concupi
ſcentia eius Sapientie Tranſierunt
omnia velut vmbra Fetido Apoſtolus
Omnia reputaui velut ſtercora ¶
Sequitur Statis cum habetis tempo
ris oportunitatem Job Dedi eis tem/
pus penitentie
Laboris ſuauitateȝ Mathei Juguȝ me
um ſuaue eſt. ⁊ onus meum leue Mer
cedis ſecuritatem Sapientie Reddet
deus mercedem ſanctorum ſuorum
Ipſius mercedis imenſitatē notat Apo.
Quod ocul9 nō vidit nec auris audiuit